Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



iudite inquit infantem uiuum in duas partes.
& date dimidiam partem uni. & dimidiam partem
alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat uiuus ad
regem: commota sunt quippe uiscera eius super filio suo.
Obsecro domine: date illi infantem uiuum. & nolite in
teficere eum. Econtrario illa dicebat. Nec michi
nec tibi sit: sed diuidatur. Respondit rex & ait.
Date huic infantem uiuum: & non occidatur. Hec est
enim mater eius. Audiuit itaque omnis israel iu
dicium quod iudicasset rex & timuerunt regem:
uidentes sapientiam dei esse in eo. ad faciendum
in illo. t. Prope Iohannem. Vi iudicium.
erat pasca iudeorum: & ascendit ihesus hierosolimam.
Et inuenit in templo uendentes boues & oues
& columbas: & nummularios sedentes. Et cum
fecisset quasi flagellum de funiculis. omnes eiecit
de templo: oues quoque & boues. & nummula
riorum effudit es. & mensas subuertit. & his qui
columbas uendebant dixit. Auferte ista
hinc: & nolite facere domum patris mei. do
mum negotiationis. Recordati uero sunt discipuli